



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

3. Deus abundè concedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

dignitatem nos provehit deprecatio, ut **A** autem pro Paulo supplicare Deo.

*Oratio Petri
exivit carcere,*

Sic & Petrus ille magnus, ille caelo splendidior, carcerem effugit, maxime quidem ob propriam virtutem, & communem hominum salutem, sed tamen interim Ecclesiae deprecatio oclusas carceris fores velociter aperuit. Nec enim temere addidit Lucas: *Deprecatio autem fiebat assidua totius Ecclesiae pro Petro*; verum ut nos disceremus, quantam vim in caelis **B** obtineat deprecatio, videlicet ut Paulum, ac Petrum à periculis liberaret, columnas Ecclesiae, primos Apostolorum, elatos in caelo, murum orbis terrarum, commune praesidium totius terrae, ac maris.

Act. 12.

*Columnasq;
Ecclesiae, &
muros orbis
constabiliavit.*

*Oratione Moy-
ses hostes fudit.*

Dic mihi, quomodo Moyses Israeliticum populum in bellis servavit? Annon arma quidem cum exercitu discipulo tradidit, ipse verò deprecationem opposuit hostium multitudini? Nos interim docens, preces iustorum plus valere, quam arma, quam equitatum, quam pecunias, quam multas copias: eoque universus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione Prophetarum spem salutis habebat. Si quidem orante Mose superabant Iudaei, eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus. Itidem & nos orantes facile Diabolum superabimus, cessantes verò scelestum illum in **D** impietatem prolapsum orando servavit Moses, orando meruit Dei conspectu frui, aliaque innumera bona consecutus est non alia re, quam orando. Nam deprecatio & hoc illi praesertit, ut vitam ageret ad similem iis, qui caelum inhabitant.

*Oratio plus
valet armis.
Ezech. 17.*

*Quid Daniels
per orationem
evitaverit.*

Deprecatio incendiū vim extinxit, leones mites reddidit, hoc quidem in Daniele, illud verò in tribus pueris, per quos **E** mirum declaratum est omnibus, quod quos-anque deprehenderit in periculo constitutos, facile exurgentibus malis eripiat deprecatio, salutis causa, immortalitatis animae conciliatrix, Ecclesiae murus, qui rumpi non possit, munimentum inconcussum, Daemonibus quidem formidabile, piis verò, mirum nobis salutarium. Haec eadem sanctum Prophetam Sanauelem produxit: Etenim cum natu-

Quid Samuelem

ra matri esset adversa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturae imbecillitatem,

Deprecationis auxilio David tot, ac tales hostes propulsavit, non bella movens, non hastam vibrans, non gladium educens, sed deprecatione sepeptus.

Hujus praesidio Persarum copias Ezechias celeriter vertit in fugam: atque hostes quidem machinas admovebant membris; sed ille muros deprecationis vallo sepsit simulque per deprecationem sine armis solum est bellum, cum tuba quidem non clangeret, exercitus conquiesceret, arma non moverentur, nec terra sanguine rubesceret: ceterum deprecatio sufficiebat ad terrorem hostibus incutiendum.

Quin & Ninivitis ea saluti fuit, quae cito depulit iram caelitus imminentem, citoque vitam corruptam emendavit. **C** Tantam vim, tantum robur habet deprecatio, ut cum Ninivitarum vitam omnem turpiter, ac scelerose peregerint, tamen simul atque in civitatem ingressa est deprecatio, illicò verterit in diversum omnia, ac temperantiam, justitiam, amicitiam, concordiam, egenorum curam, denique universa bona secum induxerit. Etenim, quem admodum ubi Regina quaedam ingreditur civitatem, necesse est, ut omnis opulentia pariter consequatur: sic videlicet, posteaquam deprecatio venit in animam, omnes virtutes simul ingrediuntur. Nam quod in domo est fundamentum, hoc in anima est deprecatio: hanc ubi primum, seu basim, ac radicem in animam fixerimus, tum oportet diligenter superstruere pudicitiam, mansuetudinem, justitiam, paupertatem, pauperum curam, breviter, omnes Christi leges, per quem, & cum quo Patrum cum Sancto Spiritu gloria, & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Quid David.

Quid Ezechias.

Quid Ninivitis.

Deus abunde concedit.

PVNCTVM III.

A Non abunde concedit, qui dat omnibus affluenter, quique *divus est in omnes.* *Jacob 2.*

Rom. 10. omnes, qui invocant illum, ut ad Rom. inquit Apostolus? Ubi notandum, ab Apostolo Deum vocari divitem, hoc est, affluentem, liberalem, munificum, & copiose suas gratias, suaque munera elargientem. Ponderat D. Anselm. affluentiam divitiarum ex eo, quod est dives in omnes, id est, sufficiens ditare omnes, qui invocant illum. In omnes, non in quosdam, vel in paucos.

Cajet. ib. O quam dives ut hic bene notat Cajet. Quantuncunque enim quis affluat divitiis, satis ei est cura de sibi subditis: & similiter quantuncunque idem sit dominus, excusatur, si non affluat divitiis usque adeo, ut in omnes subditos possit effundere; Deus autem in omnes effundit, qui invocant illum.

I. Cor. 12. D. Thomas ad illa verba: Deus qui dives est in misericordia, inquit: Deus solus verè dives est in misericordia; quia neque coarctatur angustiis divitiarum, neque timore nocimenti restringitur, neque lege superioris, quæ tria limitant misericordiam in homine.

O Deum divitem in omnes sufficientem ditare omnes! Hinc dum unum audit, alterius precum non obliviscitur, ut inquit Haymo, sed exaudit omnes, est dives in omnes. Nec eget libellis ad memorandum, ac rememorandum, sed ad primum supplicem libellum inclinat aures, nec rejicit illuc oblivioni traditum, sed congruo tempore obsignatum restituit.

Genes. 30. Chald. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam. & concepit. Chald. Et venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit Dominus orationem ejus, & dedit ei, ut conciperet; dederat scilicet memoriale pro filio. Ut bene memor obsignatum restituit. Sic Isaac simile memoriale obsignatum reddidit cum duobus gemellis.

Psal. 10. Grac. Psalm. 10. Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Ex Græco: Desiderium humilium signavit Dominus.

Genes. 25. Verè dives in omnes, quia non minuit divitias, ut omnibus dando pauperior fiat, quin pauper fieri videtur, si non de omnibus affluenter.

A Hujuscæ mundi magnates parè, ac strictè largiuntur, ne sibi desit: Deus autem omnium exauditor, & Dominus omnium, ditior, ut sic dicam, sit, dum largè donat, depauperatur, si non donet. Vidit Dominus, & aporiatu est, quia non est, qui occurrat. Loquitur hic Propheta humano more, & unico verbo ex Græco, aporior, ad hanc rem mira dicit: Vidit Dominus, & aporiatu est quia non est, qui occurrat. Alij, Consideravit, & obstupuit. Pagnin. Admiratus est, quia non esset, qui oraret. Alij, Infirmatus est, ceu lactis abundans nutritrix, quæ si mamillas non exoneret, infirmatur. Ut mamillas gratiarum plenas habet Deus! Deus uberum, & Deus mamillarum, qui præonere easdem zonâ præcinctas gestat; infirmatur, si pauperes, & indigi filii easdem orando non sugant; vel infirmatur præ anxietate, ac cupiditate orationis: Heu nemo orat, infirmor, deficio, languo, morior.

B Sed D. Thom. vult hoc verbum Græcum, aporia, significare ad inopiam venire. Unde cum Hier. Chryf. & Ambr. legit: Depauperatus est. Vidit Dominus, & depauperatus est, quia non est, qui occurrat. Desumpta est metaphora, & similitudo à mercatoribus, qui si expositas merces non vendunt, pauperes fiunt. O divitem mercatorem, qui invitat omnes! Venite, emite, absque argento, & absque ulla commutatione. Sed nemo est, qui occurrat, nemo gratis oblatas merces requirit: Depauperatus est Deus, quia non est, qui occurrat.

C Forerius in hunc locum: Aporiatu, inquit, est idem, quod hæreo, consilij inops fio. Ad Hebræicum hoc in loco est se ipsum tanquam culpabilem damnare, veluti qui negligentiam suam inculant, & sibi maledicunt ob malum rei successum. Heu, heu, Domine, inter has metaphoras contremisco. Sensus est: Aded nos amat Deus, ut eum pœniteat damni, quod nos patimur, ac si ipse pateretur, dolerique ad similitudinem mercatoris, qui præ doloris excessu, ob rerum jacturam se ipsum culpatur. damnatur, ac deo vet, quod idem habet in novâ versione: Et devoravit se ipsum, quod non esset intercessor.

D

Isa. 59.

Græc.

Alij,

Pagn.

Alij.

Exod. 6.

Oleas. ibid.

Apoc. 1.

Deus videtur

inops fieri, cum

non oratur.

D. Thom. lect.

3. in c. 4.

2. Cor. 4.

Forer. ibid.

Hebr.

Dei aporiatu

quid.

Dionys. ep. 8. ad Tit.

Quid? quoddam item ad instar mercatoris, avertos, ut ait D. Dionysius, ac resiliens ipse Deus amatorie prosequitur, ac deprecatur, ne se deserant. Id quod accidit mercatoribus, dum post emptores curant, & rogant: Revertimini, & accipite. Chryl. ad illa verba: Petite, & accipietis. Optat dare, inquit, qui precipit petere: beneficia ingerit, qui poscendi hortamenta exprimit: cupit largiri, qui desiderat postulari: ille suadet, qui praestat: ille hortatur, qui donat: occasiones ille dandi exquirat, qui beneficia tribuere conluevit. Petite, inquit, quod vultis, & faciam; licet precibus mercari, quod optas. Quin & id licet sola voluntate, ut inquit Chryl. Venite, emite absque argento, &c. Quo pretio? Sola voluntate.

Luc. II.

Isa. 7.

Theodoretus.

Iac. 1. Alij.

Dei effusa liberalitas.

Ephes. 3.

Grac. Corn. à Lap. ibid.

3. Reg. 3.

Psal. 80. Agell. ibid.

O Deum (si dicere fas est) prodigum sui praedeseo largiendi! Dicitur fuit Achaz, quoddam molestus, non quia petiisset, sed quia petere nolisset. Ubi Theod. Molestus diviti parenti est filius, qui sibi necessaria à patre non petit. Qui dat omnibus affluenter. Alij, Benigne. Alij, Candido animo. Alij, Absolue. Alij, Vberime & largissime. D. Aug. & Hier. eum Vulgata, Affluenter; quod significat effusam liberalitatem Dei, pro qua, ut supra, veniunt adnotanda verba illa, & singula: Dat omnibus affluenter. Dat, non vendit proprie bona sua, quia homo ex se pretium non habet, quo ea sibi valeat comparare. Omnibus, non aliquibus. Affluenter, non parca. Unde Apostol. ad Ephes. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, ipsi gloria. Aut efficacius Græcus. Ei qui potest super omnia facere ex abundantia, super ea, quam petimus, hoc est, qui omnia melius, amplius, abundantius, & supra vota prestare potest, ipsi gloria. O quam verè dictum est! Superabundanter, quam petimus? Postulaverat Salomon sapientiam, cui Deus: Ecce dedi tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapientis, & intelligens, &c. Sed & hac, qua non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet, & gloriam, ut nemo non fuerit similis tui in Regibus, cunctis retro die bus.

Quæ vox illa in Psalm. Dilata os tuum,

A & implebo illud! Est declaratio hujus summa liberalitate, quasi eidem non sufficiat os cordis, & anima, ut est, sed adhuc velit dilatatum, capacius, majus, quod mirum, sese magis commuicet, magisque diffundat. Dilata os tuum, & implebo illud, q. d. juxta Orig. Si quid potes, aude petere, etiam plura, quam petes, praestabo. O divinam liberalitatem?

B Ad populum in eremo regentem dixerunt Moyses, & Aaron: Mandè videbitis gloriam Domini. Heb. Mandè videbitis divitias Domini; quasi gloria Dei sit, proprias largiri divitias, suos thesauros effundere, & penè dixerim, dilapidare.

Deus Israël det tibi petitionem tuam. Heb. dabit tibi petitionem tuam. Sept. omnem petitionem tuam.

C Pulchrè D. Basilius Seleuc. in illud Genes. Tulitque Dominus hominem, & posuit illum in Paradiso voluptatis. Velut, inquit, parturiens magnificentia suæ munera, & habere clausum penes se thesaurum impotens, non est contentus prioribus, neque rebus antea dilargitis sua munera circumscribit, neque donatoris desiderium univèrsa terra, & concessum mare satiavit, sed extractum manu sua Paradisum, deliciosam sedem, dilecto concessit.

D Rex autem Salomon dedit Regina Saba omnia, quæ voluit, & petiit ab eo, exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio. Omnia quæcumque voluit. Vatab. Omnem voluntatem suam, & quicquid petiit; exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio. Sept. Præter ea, quæ dedit ei secundum manum Regis; quod est juxta vulgatum Interpretem, munere, aut magnificentia regiæ.

E Unde 2. Paralip. dicitur Salomon dedit Regina multo plura, quam ad eum attulerat, quod ex Hebr. proprie legunt Sept. Dedit Regina præter omnia, quæ attulerat Regi, hoc est, propriis muneribus compensavit, & superavit Regina munera. Unde verisimile est, Salomonem expandisse ad voluntatem, & voluptatem Regina cellas omnes thesaurorum, & aromatum, & vinorum, ut gustaret, & desumeret, &c. Nunc si tam liberalis Rex terræ, an non liberalior Rex cæli? Glossa ordinaria. Et

Orig.
Exod. 14.
Heb.
Dei gloria à largiri sua.
1. Reg. 1.
Hebr.
Sept.
D. Basil. Sol. orat. 2.
Genes. 2.
3. Reg. 9.
Vatab.
Sept.
2. Paral. 9.
Salomonis in reginam Saba prolixitas.
Sept.
Pined. de rebus Salom.
Gloss. ord. Paci-

Joan. 15.

Pacificus noster Ecclesie suae, omnia, quae petit, dabit. Unde Joan. 15. *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et non solum dat, quod ab eo petitur; verum etiam, quae humana fragilitas, aut nescit, aut non praesumat petere, gratuito munere largitur.

Cant. 5.

Ut Sponsa cor illud liberale dignoscedat, dum de manibus Sponsi sermonem habens, *Manus, inquit, illius tornatiles, aureae, plena hyacinthis* (vel juxta Sept. *Manus ejus orbes aurei*, hoc est, caeli pluentes pluviam auream, caeli pluviae aureae.

Psal. 17.

Ianus caeli aperuit (liberalis Deus) *Et illis manna ad manducandum.*

Exod. 17.

Hinc Moyses ambabus manibus elevatis, caelestem gratiarum pluviam excepturus orabat: noverat nimirum orbes aureos, ideoque manus parabat, ut pluentia dona reciperet.

Genes. 33.

Cognovit divinam hanc liberalitatem Jacob, dum dixit fratri suo Esau: *Suscipe benedictionem, quam donavit mihi Deus tribuens omnia.* Ubi quasi pro cognomine Divinitatis ponitur, quod omnia tribuat. Et certe Dei propria virtus est liberalitas: solus etenim Deus se communicat, sicut fons bonitatis, ut loquitur D. Thom. Hinc O Philo: Secundum naturam convenit Deo dare, immo ipsa natura Dei est dare.

D. Thom. 1. cont. gen. c. 39.

Philo lib. de somno.

Mar. 11. Oratio thesauraria Dei.

At nonne Deus abunde concedit, qui nihil limitat, sed absolute promittit: *Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis. Et fiet vobis?* Thesaurariam suorum thesaurorum fecit orationem nostram, per quam quicquid ad Dei gloriam facit, & quicquid expedit nobis, absolute habere possumus.

Psal. 99.

Introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis. Quid haec atria? Caro. Atrium significat partem domus, in qua praeci pecunias, & caetera pretiosiora servabant: unde servi atriales, seu atrienfes, quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodiam committebant. Nunc *Introite portas ejus in confessione*: inquit, quasi diceret: *Orate, & divinarum divitiarum, caelestiumque thesaurorum novam custodiam, quam pro voto domini estote*

Apos. 1.

Hinc in Apoc. 15, qui erat inter cande-

labra, *vestitus pädere* (habitu orantis) *habebat in dextera sua septem stellas*, quasi diceret: *Qui orat, caelum habet in manu.* I. Cor. 9. omnium dominus est. *Omnia vestra sunt*, inquit Apost. *Et qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit aut Graece, donabit Elementa, caeli, terra, praesentia, futura, omnia vestra sunt.*

Excedit hoc confidentiam tuam? Cura, ut intelligas argumentum. Apost. Et memineris, Deum esse, qui promittit, Deique solius propriam esse naturam, sese communicare, seseque diffundere. Bonum est diffusum sui. Vulgatum axioma.

Hinc oprime ait Guarrius Abbas: *Guar. Abb. ser. de Annunc. Christi prima, & maxima injuria, tam diu in utero latuisse, & nihil egisse.* Vim sibi Deus quodammodo videretur inferre, cum sese in omnes summe liberaliter non effundit. Omnium humanarum infirmitatum, inquit Guar. vel injuriarum, quas pro nobis pertulit divina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate fere maximam existimo, quod in utero, novem mensium tempore, majestas illa incircumscripfa passa est contineri; quando ita penitus a semetipso defecisse visus est. Tanto tempore nihil illa sapientia loquitur, nihil illa virtus manifestum operatur, nullo signo majestas, quae clausa lateret, proditur. Non sic in Cruce, &c. Vim ergo sibi videbatur inferre, dum se non affluenter communicabat, nec pretiosum, aut infiniti valoris Sanguinem largissime effundebat pariter cum vita.

Testantur divinum hanc liberalitatem, ac munificentiam pleraque gesta in Evangeliiis. In nuptiis supplevit vinum, & superfuere adhuc plenae hydriae. Bis miraculosè turbis multiplicaturus panem, in tantum multiplicavit, ut plures semper eophini superfuere. His, qui salutem corporalem petebant, etiam spiritualem dabat. Servo roganti, ut secum patientia haberetur, & dilatio ferret, non solum hoc liberalis Rex concessit, sed & universum debitum dimisit, quod erat juxta computum sex millionum aureorum.

Testantur divinum hanc liberalitatem, ac munificentiam pleraque gesta in Evangeliiis.

In nuptiis supplevit vinum, & superfuere adhuc plenae hydriae. Bis miraculosè turbis multiplicaturus panem, in tantum multiplicavit, ut plures semper eophini superfuere. His, qui salutem corporalem petebant, etiam spiritualem dabat. Servo roganti, ut secum patientia haberetur, & dilatio ferret, non solum hoc liberalis Rex concessit, sed & universum debitum dimisit, quod erat juxta computum sex millionum aureorum.

Quam Dei liberalitatem sic expendit Chry-

Chrysof. in
Cat. Matth.
18.

Chrysof. in Catena: Vide, inquit, divini amoris superabundantiam: petit servus folius temporis dilationem: ipse autem majus eo, quod petit, dedit, & dimissionem, & concessionem totius mutui. Volebat autem & à principio dare, sed volebat solum suum esse donum, sed & supplicationis illius, ut non incoronatus abscederat.

Hoc certè Deo solenne est, ut det plura, quàm promittat. Uberior gratia, quàm precatio. Ambros.

Mundus dat
minus, quàm
& juratus
promittat.
Genes. 32.

Mundus è contra semper minus, quàm etiam juramento promittat.

Mutavit mercedem meam decem vicibus. Iergo, labora, servi mundo, ejusdem promissis præsta fidem, centies mutabit mercedem tuam.

2. Mach. 7.

Antiochus ille promittebat, ac jurabat, divitem se juvenem illum, ac beatum facturum. O deceptorem! Sic, sic mundus promittit beatum facere, quem efficit infelicem.

Psal. 145.
Campen.
Amos 2.

Nolite sperare in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Paraph. Camp. Non enim habent potestatem beandi quempiam.

Deut. 3.
3. Reg. 16.

Deceperunt eos idola sua. Surgant, & optulerunt vobis, & in necessitate vos protegant: invocate nomina Deorum vestrorum, si forte vos audiant.

Psal. 144.

Non est, non est nisi Deus noster fidelis in omnibus verbis suis.

Psal. 117.

Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus.

Lib. de patien.
& fort. num. 5.

Testis fit ille in Vitis Patrum. Senex quidam sedebat in eremo, qui longè habebat aquam à cellâ suâ duodecim miliaria: ubi dum semel iret haurire aquam, defecit, & dixit: Quid necesse est, ut hunc laborem patiar? Veniam, & habitabo circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset, conversus est, & vidit quendam sequentem se, & numerantem vestigia sua. Interrogavit autem eum, dicens: Quis es tu? Et dixit: Angelus Domini sum, & missus sum numerare vestigia tua, & dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex, forti animo factus est promptior, & adhuc longius posuit cellam suam ab illâ

Aquâ quinque miliaria. Bonum ergo bonum est sperare in Domino, qui vestigia dinumerat, qui neque unicum gressum in suum divinum obsequium suæ mercede relinquit.

Quàm citò Deus exaudias.

PUNCTUM IV.

Munifici, ac liberalis est, citò dare. Aded munificus, ac liberalis est Deus noster, ut nullâ interpositâ morâ exaudiat. Plorans nequaquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi. Hoc est, ubi afflictus plorabis, vix primas lacrymas fundes, cum statim commiseratione tactus accurret, lacrymasque absterget. Hoc sibi vult: Plorans nequaquam plorabis. Ad vocem, non voces, hoc est: ad primam lacrymam, quæ multum clamat, statim respondebit tibi. Interl. Magis re, quàm voce. Ubi notandum est illud, statim, quod est: Vix illa lacryma, illud suspirium, petitio illa Dei aures pulsabit, cum subito exaudietur.

Isa. 30.

Deus precantes exemplò audit.

Interl.

D Nazianzenus ad illud: Si conversus ad Nazianzen. Dominum ingemueris, salutem consequere. orat. 18. Videtis, ait, cum gemitu salutem conjunctam esse? Et jamnum te loquente dicit: En adsum. Nihil, subdit, inter petitionem, & ademptionem intervenit. Et in Nazianzenum Cretensis: Quid hac salute parabilius? siquidem cum gemitu salus est conjuncta. Rursum: Adhuc te loquente, petitionisque verba connectente, necdum illis conclusis, dicit: En adsum, petitioni tuæ satisfaciam.

Cretens.

E Aures (enim) ejus in preces eorum. Sic legit Salvianus, qui subdit: Per id, quod dicitur, divinas aures in precibus semper esse justorum, non audientia tantum Dei, sed quædam quasi obedientia demonstratur, semper exaudit, illicò audita concedit.

Psal. 33.
Salvian.

Inclina, Deus, aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram: attende,